Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

nerauit nos in spem
viuam per resurrectionem
ihesu xpi ex mortuis in
hereditatem incorrup-
tibilem et incontami-
natam et inmarcessi-
bilem conseruatam in
celis: in vobis qui in
virtute dei custodimini per
fidem in salutem para-
tam reuelari in tempore
nouissimo in quo ex-
ultabitis. Modicum
nunc si oportet contri-
stari in variis tempta-
tionibus ut probatio
fidei vestre multo preciosi-
or sit auro quod per ig-
nem probatur inueni-
atur in laudem et glo-
riam et honorem: in
reuelatione domini nostri
ihesu xpi. Gr. Exal-
tent eum in ecclesia plebis
et in kathedra seniorum lau-
dent eum. V. Confitean-
tur domino misericordie eius et mirabili-
a eius filiis hominum. Tractus.
Tu es petrus et super
hanc petram edificabo
ecclesiam meam. V. Et por-
te inferi non preualebunt ad-
uersus eam et tibi dabo
claues regni celorum. V. Et
quodcunque ligaueris super terram
erit ligatum et in celis. V.
Et quodcunque solueris
super terram erit solutum et
in celis. S. Matheum.
In illo tempore. Venit
ihesus in partes cesare-
e philippi: et interro-
gabat discipulos su-
os dicens. Quem di